

quam prolapsam plasma in calum demum sub-

Vulnus lateris Domini est vita ostium. S. August.

Ostium illud nobis aperuit Virgo amoris cupido à punto sua conceptionis. Cantic. 4. 9.

S. Bernardinus.

Datus Deipara uti primogenita annulus signatorius. S. Bernard.

S. Ildeph.

Deipara impenius à Deo amata, ut qua primogenita divina virtus principium.

gari illo Salomonis testimonio Proverb. 8. 22. Prov. 8. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam faceret à principio. LXX. vertunt, creavit me initium viarum suarum ad opera sua. Vocat autem vias Dei, creaturarum omnium productionem; ut ostendat, Virginem esse inter caetera Dei opera ad extra, primum divinae virtutis, & operationis opus, praefinitum ac praedestinatum; atque adeo non modo plus, sed etiam prius adamatum & in deliciis habitum.

824 Est hoc certè, quod idem Salomon praedixerat, immaculatam Deiparam commendans Sapient. 7. 26. Speculum est sine macula Dei Sap. 7. 26. majestatis, & imago bonitatis illius. Pro majestatis, est Graecè ὑψηλός, quod auctor librorum de Incarnatione apud Augustinum vertit inoperationis, vigoris, virtutis. Quasi dicat, Virginem esse divinae virtutis, & inoperationis principium, seu primum opus, post Christi humanam naturam, vel in eodem rationis signo.

825 Quid verò subinde? Imago bonitatis divinae extitit Virgo ipsa; atque adeo plus, & prius dilecta à Deo. Deus enim liberè creaturas amat, quatenus bonitatis illius sunt participes; & quemadmodum seipsum ideò plus ac prius diligit, quia creaturas omnes bonitate vincit; sic etiam eo ordine creaturas ipsas amat, quo se invicem bonitate superaverint.

826 Cum ergo Deipara ex divina bonitate tantum hauserit, & ipse expresserit, ut inter reliquas creaturas sit divinae bonitatis imago, non modo prius, sed etiam plus ante illas adamatur. Et observa sermonem ibi Salomoni esse non solum de aeterni Verbi generatione, sed de mundissimà Dei genitricis Conceptione, de qua ait; Luci comparata invenitur prior.

827 Primum utique virtutis, & inoperationis divinae opus, prima divinae bonitatis imago, inter reliqua opera ad extra producta, prima creatura supra omnium creaturarum collectionem à Deo adamata. Hinc Deipara appellatur ab Andrea Jerofol. Serm. 2. de Anagnini. Prima natura proxime accedens ad Deum. Andr. Jerofolym.

828 Deinde, Primogenitus, ut supra dicebamus, habebat jus successione, sive hereditatis duplicis. Caeterum Deipara, uti Primogenita ipsius Dei, non jus tantum successione duplicis, sed totius integræ hereditatis nanciscitur: nam quaecumque beneficia in Angelos & homines à Deo fluunt, Maria possidente, & erogante proficiunt. Quod ipsa quidem habuit vel à sui Conceptus instante. Unde illud Cantic. 4. vers. 15. Fons horiorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano: juxta Guilhelm. apud Del Rio nostrum: Maria est fons horiorum rigando eos, puteus aquarum viventium continendo eos. Continet sibi abyssos vitae, & immortalium gaudiorum: sed non ita continet sibi, ut non effundat & aliis. Effundit Angelis & hominibus participationem pro captu singulorum. Angelis quidem torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione rivulos sanctitatis, & saninitatis, donec & ipsi cives effecti, inebrientur ab ubertate domus ejus. Sed observa, fluentia hæc ex Libani vertice defluere, ubi suam habent originem. Cum autem Libanus Hebraeis significet album, albedinem, candorem; portendetur Deipara ab origine, seu Conceptione sua pu-

Sap. 7. 26.

Andr. Jerofolym.

Maria non jus tantum successione duplicis, sed totius integræ hereditatis divinae habet.

Cant. 4. 15.

Guilhelm. Maria creata totius divina hereditatis disponit.

pu-

purissima, alba & candida, sibi continuisse vitae, & gratiae abyssos, quas Angelis & hominibus effudit pro captu singulorum. Quò spectant ea, quae supra diximus de Jordanis flumine, cujus origo ex fonte Phiala, & Panio; de quo sermo est in hoc Canticorum testimonio. Expende pro hoc Primogenitæ Mariæ jure integræ hereditatis illud Proverb. 31. vers. 29. Multa filiae congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Ad quæ verba S. Bonaventura in Speculo cap. 2. Si filias istas intelligamus sanctas animas, vel intelligentias Angelicas, nunquid non supergressa est Maria divitias Virginum, Confessorum, Martyrum, Apostolorum, Prophetarum, Patriarcharum, Angelorum; cum ipsa sit primitiva Virginum, speculum Confessorum, Rosa Martyrum, regisrum Apostolorum, oraculum Prophetarum, filia Patriarcharum, Regina Angelorum? Quid enim de divitiis omnium horum illi defuit? Univerfa igitur gratiæ, & gloriæ gaze in Mariam translata; illi utique caelestis thesauri dispensatio credita; ut bona omnia ab ipsa in Angelos, & homines deriventur.

Prov. 31. 29. S. Bonav.

Deipara specialiori benedictione à Deo ditata.

Luc. 1. 28. & 42.

S. Jacobus Apostol.

S. Chrysost. S. Justin.

S. Bruno.

Cosmas Jerofoly.

A Maria ad nos omnis Dei benedictio. S. Ildeph.

initio, & ante secula creata sum. Et in Pro. Proverb. 8. verb. c. 8. v. 22. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab aeterno ordinata sum, &c. Illud unum ad hæc testimonia, extra omnem debet esse dubitationem; non esse sermonem de præexistenti reali (non enim in re, aut secundum rem, prius producta est Deipara, quam aliæ creaturæ,) sed de præexistenti secundum propositum, & intentionem in aeterno Dei consilio, electione, sive prædestinatione. Itaque eatenus condita dicitur Virgo Mater, creata, possessa, ordinata ante omnia Dei opera, quatenus in decretis, ac præfinitionibus divinis fuit antelata omnibus aliis creaturis, non prioritatem aliqua temporis, sed prioritatem rationis, juxta diversâ divinorum decretorum signa, & instantia, quæ à Scholasticis Theologis solent distingui, & explicari: à qua ego distinctione, & explicatione abstineo, ne Interpretis lineas transire videar. Consultendus noster Salazarius in Opere de Conceptione à Cap. 3. qui hanc sibi provinciam suscepit ad egregiam Marianæ causæ commendationem. Cujus nos etiam studiosi, nonnullas distinguemus, & illustrabimus Primogenitæ Mariæ prioritates ante omnem aliam creaturam in aeterno Dei consilio, ex quibus originariam Virginis puritatem deducemus. Illud inprimis autumo.

§. I.

Tam longè absuit Maria ab originali inquinamento, ut ante hujus prævisionem ipsa fuerit in Dei Genitricem electa, & præelecta.

831 Hanc Thesis si Scholastico more solide nostros Suarez Tom. 2. in 3. p. quæst. 27. disputat. 1. Sectio. 3. & Salazarium nuper relatum, eo cap. 3. ubi plures alios refert, & recentiores plurimos; qui ut Virginis electionem ante alios tueantur; Christum Dominum, atque ejus Virginem Matrem ante peccati prævisionem, & occasionem; imò & ante omnes alias creaturas præfinitos fuisse arbitrantur, quòd putant ad Fili, Matrisque gloriam plurimum conducere; & multis probant rationibus, & conjecturis. Illa ad rem præsentem maxime aridet. Quia si Deiparam in Dei Genitricem, post peccati prævisionem, electam esse dicimus, inde fiet, eam dignitatem, qua nulla major puræ creaturæ evenire potest, bonum quoddam esse, ut vulgò dicitur, occasionatum: quippe cui peccatum ansam, & occasionem dedit; atque adeò fateri opus erit, eam electionem non fuisse primariæ intentionis Dei; sed secundariæ, & peccatum consequentis; quam Deus ipse sibi ipsi relictus nolle utique esse nisi aliunde peccatum cogeret. Et sicut Deus peccatum ipsum mallet non esse, quàm esse; ita etiam satius duceret Mariam parentem suam non fore, quàm fore: quòd absurdum videtur. Dicendum igitur, Deiparam nullius occasione peccati vel conditam, vel electam fuisse: sic enim peccatum originis à Maria longius removemus, dum non solum ipsam ab eo peccato immunem esse dicimus, sed etiam illius occasione conditam aut electam fuisse negamus. Atque hoc illud esse, quod Virgo ipsa de se annunciat, putandum est: Ego

Christus & Deipara ante peccati prævisionem præfinitii.

SECTIO XXV.

Quo pacto Virgo Deipara dicatur ex ore Dei produsse Primogenita ante omnem creaturam: atque ex hac præexistentiæ ejus immunitas comprobetur.

830 DE se ipsa enunciat Primogenita Maria, ex divino ore produsse ante omnem creaturam. Sibi consonat vers. 14. Ab

Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. Si ante creaturam in decretis divinis praemissa, & producta: ergo ante Adamum, & Evam delinquentes; atque adeo ante ipsum etiam originale delictum. Quod idem dicendum de Christo Domino, ut late probat P. Suarez Tom. 1. r. in 3. parte, disput. 4. sectio. 2. A Filio enim minime disjuncta fuit Virgo Mater, etiam in electione divina, cum filius & mater sint correlativa, cum quadam ejusdem naturae identitate.

832 Hic jam premo illa Proverbiorum 8. verba, Virgini etiam secundo sensu litterario referenda; quibus se universis Dei operibus praefectam in principio fuisse asserit. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio. Sive, ut LXX. habent, Dominus condidit me initium viarum suarum. Sancta Ecclesia Romana, & Hispana ante mille annos, hoc testimonium ad immaculatam Virginis Conceptionem signatim referunt in suis liturgiis. De hujus loci ad Conceptionem Mariam accommodatione, multa ingeniose, & erudite disputat noster Salazarus tum in Proverbia Salomonis, tum in libro de Conceptione Beatae Virginis Mariae. Laudo equidem docti viri pietatem, atque studium erga Deiparam; adhuc tamen vel relictas consulto spicas, vel quae messoris diligentem manum fugerunt, libenter legam. Sed interest notionem verbi perpendere: Dominus possedit me, Hebraice *canah*, quod varie a Vulgato, & ab aliis Interpretibus redditur. Nam primo Genes. 25. vers. 10. & saepe alias Vulgatus interpretatur *emere*. Secundo Chaldaeus Exod. 15. vers. redimere. Ubi R. Salomon legit *diligere*, quae tertia est interpretatio. Quarto tam Vulgatus, quam LXX. Genes. 14. vers. 19. efferunt per verbum creandi, sicuti plerique Patres in hoc Proverbiorum loco. Quinto LXX. convertunt *gignere*, Zachar. 13. 5. Omnes autem has sacri verbi acceptiones in Salomonico contextum cadere, facile perspiciet, qui omnia antecedentia, & consequentia contulerit.

833 Rursus animadverto, principium, de quo hic agit Salomon, esse Christum Dominum: qui cum a Phariseis rogaretur, Joan. 8. vers. 25. Tu quis es? Dixit eis Jesus. Principium qui & loquitur vobis. In quibus verbis allusionem ad Mosaicam illam, In principio creavit Deus caelum & terram, agnoscunt Sanctus Augustinus lib. 1. de Genesi contra Manichaeos cap. 2. Sanctus Ambrosius lib. 1. Hexaem. cap. 4. Beda, Rupertus, & alii in Genesim. Et quidem Principium illud, in quo caelum, & terram esse condita scribit Moyses, Filium Dei esse, multi, iique gravissimi Theologi docent relati a recentioribus Interpretibus. Si igitur Principium, de quo Salomon, extat Christus Dominus; dum B. Virgo asserit se in hoc initio, seu principio fuisse possessam, asserit quidem possessam in Christo. Deinde pergo. Si ex sacro originali verbi potest, Dominus creavit, genuit, emittit, redemit, dilexit me in initio: consequens est, B. Virginem in Christo, veluti in Principio fuisse creatam, progenitam, simulque emptam, & redemptam, atque a Domino dilectam. Cum autem unum, & idem verbum haec omnia significata simul importet; cum-

que ea omnia contextus ad hunc sensum admittat, quem Ecclesia docet; nequit omnino fieri, ut B. Virgo simul creata, redempta, atque dilecta a Domino esse potuerit, quin sine peccato fuerit creata, & progenita; imò tam longè a peccato ipso disjuncta, ut ante peccati, & reliquarum creaturarum praevisionem in Dei Genitricem electa, & praeelecta sit; non aliter ac ejus Filius, in quo dicitur creata, genita, empta, redempta, & dilecta, antequam quidquam faceret Deus a principio. Porro creatam simulque redemptam, possessam atque dilectam fuisse in Christo, nihil est aliud, quam propter ejus merita sic creatam esse, ut simul redempta, possessa a Domino, atque dilecta fuerit. Cujus phrasim exempla extant pleraque in sacra Scriptura. Paulus de nova creatura, quae per Baptisma regeneratur, ac recreatur, dixit ad Ephes. 1. 4. Elegit nos in ipso. Et vers. 11. In quo etiam nos sorte vocati sumus praedestinati. Id est, per quem vel propter quem.

834 Duplex tamen occurrit difficultas, ex cuius solutione planior ac firmior reddetur nostra expositio. Altera est, de qua potissimum creatione agatur; an de materiali, qua Deus B. Virginem propter merita Christi creandam simulque redimendam, ac diligendam decrevit; an de ipsa creationis executione, qua ex Anna, & Joachimo procreata dicitur. Respondeo, utramque describi in Christo, & propter Christi merita praesitam; ita tamen, ut habitâ contextus ratione, ante alias creaturas prima, ac praecipua Deiparae creatio fuerit ordinata, quae suo tamen tempore executioni esset mandanda. Altera difficultas; quia nihil peculiare pro immunitate Virginis ex hoc loco videatur colligi; cum omnes iusti in Christo dicantur creati apud Paulum ad Ephes. 2. vers. 10. Respondeo ex Paulino contextu constare, sermonem esse de mystica illa creatione, & generatione iustorum, quae peccatorum sordibus per Baptismum expiati, in imaginem Christi reformantur. At ex Salomonico contextu liquet describi in litterali sensu primario, cum aeternam increatae sapientiae generationem, tum temporariam Incarnati Verbi procreationem; in secundario verò sensu litterali describi aeternam Beatae Virginis electionem ac temporalem etiam creationem.

835 Quod autem aeterna illa Dei Genitricis electio fuerit ante peccati praevisionem, suadet etiam contextus ipse; nam post praescripta Salomonis verba, continenter subtextitur. Ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Priorem sententiam infra verfabimus; posteriorem sic versat antiquus, eruditus, & pius Antonius de Eucharo Episcopus Arcenensis in suo de Virgine elucidatio parte 2. ex Francisci de Maior, & Alexandri de Ales expositione. Nondum erant abyssi, id est, profunditates peccati originalis, & ego jam concepta eram. Id est, praeservata in mente divina ab omni peccato, & ab omni macula. Quasi dicat: Ubique adeo matura, & festinata fuit Deiparae electio in mente divina, ut non prius praevisionem fit a Deo peccatum, quam fuerit ipsa electa, & praesinita in Dei Matrem sanctissimam. Hinc deducitur, si solum habeatur ratio

Prov. 8. 22. Hoc testimonium ad immunitatem Deiparae spectans.

Notiones verbi, possedit.

Principium de quo hic agitur, est Christus. Joan. 8. 25. Genes. 1. 1.

In Christo, id est per Christum creata, progenita, empta, & redempta Deipara in eodem momento.

Ephes. 1. 4.

De qua potissimum creatione hic agatur.

Aeterna Mariae electio ante peccati praevisionem.

Eucharus.

ratio illius primae electionis, qua Beata Virgo per se electa est, ex vi illius futuram fuisse Mariam Matrem Dei, etiam si homo non peccasset. Quod si Ecclesiae Patres, & inspiratae litterae affirmant praedestinatam Dei Matrem occasione peccati; planè non illi explicant primam rationem, neque ordinem hujus praedestinationis, sed proximum finem a Deo intentum in modo executionis ejus. Vide Suarium locis relatis.

§. II.

Deipara ante omnem creaturam esse praedicatur; quia prior dignitate, sanctitate, puritate, ipsi etiam supremis spiritibus.

836 Quia valde est probabilis illorum mens, qui autumant, Christum Dominum, & ejus Genitricem post absolutam peccati praevisionem praedestinatam fuisse; disquirendae nobis sunt aliae prioritates, ob quas Deipara & ante omnem creaturam esse dicatur, & immunis ab originario vitio comprobetur. Occurrit in primis prioritas dignitatis, & excellentiae; sanctitatis, & puritatis; quae post Christum, summopere resplenduit in Virgine Deipara; vel a suae Conceptionis articulo, & per quam ipsi etiam superior invenitur supremis spiritibus. Quod revoco

Prioritas dignitatis in Virgine ad ejus immunitatem spectans.

Prov. 3. 22.

LXX.

700

S. Amade.

Superni dignitate, puritate &

do. Pro quo instituto seligo ex Sanctorum Patrum scriptis egregia testimonia, ac breviter illustro. Inprimis Sanctus Andreas Cretenfis in Encomio 1. de Dormit. Deiparae, in hunc modum philosophatur: Virgo ipsorum Seraphim vincens naturam miraculo Dei generationis: prima natura proximè accedens ad Deum Opificem omnium generationis. Disquirunt jam multi, quoniam consilio Andreas Virginem Deiparam nuncupavit primam naturam? Ego primum dignitate, sanctitate, puritate primam intelligo, idque ex antecessoribus, & consequentibus arguo; nam prius dixerat Dei Matrem vincere Seraphinorum naturam ob mirabilem illam Filii generationem, quae ad tantum Virginem evexit dignitatis festigium; tantamque ei gratiarum omnium invexit copiam, sobilitatem, puritatem, pulchritudinem, ut si illam supremis etiam spiritibus conferas, infinitis penè intervallis longè superiorem invenies. Deinde addit: proximè accedens ad Deum opificem omnium generationis. Inter haec dum eam primam vocat naturam, tum illam uni Deo proximam postponit; tum reliquis omnibus quantumcumque nobilitate, dignitate, sanctitate, & puritate nobilissimis Angelis anteposit. Secundò, nescio quam aliam in tam mediato epitheto energiam mihi odorari videor. Primam naturam aliam dignitatis ratione dictam autumo, quasi ex priori illi sit sancta, recenti, neque posterioris nostrae naturae labibus foedata: ex prima, inquam, non ex secunda; ex illa nova, ex integra; ex immaculata; non ex hac veteri, exoleta, maculosa. Tertiò, prima natura: quae felix futura alterius humanae naturae denuò retere extendere primarium exitum principium: nam Maria nova Eva alium orbem cum suo Adamo noviter exorsa est. Quae ergo Prima natura est, principium naturae est, idque novum ac recens, hodiernae veulstatis expers; alterum nempe post divinum. Si ergo in hoc sensu Deipara Primanatura est, quid mirum ipsos etiam Seraphinos vincat dignitate, & sanctitate originaria?

Deipara est prima natura multipliciter.

S. Epiph.

838 Sanctus Epiphanius in Orat. de laud. Beatae Virginis: Letantur Angeli, tanquam ipsi tantum Deum haberent; quibus illa semper, & omnino sancta Virgo superior genita, seu producta, Deum habitantem in calis concepit in terra: ut hac ratione exercitus Angelorum traberet in terram. O Beata Virgo columba pura! &c. Sic reddenda Epiphanius verba ex textu suo Graeco. Confert Angelis Mariam, imò praefert. Illos dicit olim gloriosos, quod semper Deo per gratiam sint potiti: at Mariam multo potiorem docet; quae ut Mater Dei existeret semper, & omnino sancta sit progenita, Angelis longè superior; in quam, non naturâ, sed gratiâ, sed sanctitate, puritate, & dignitate, de qua collationem instituit Epiphanius.

S. Basil. Sec.

839 Luculentissima est Sancti Basilii Seleuciae Episcopi sententia in Sermo. de Annunciatione. Hec est redemptio nostra, salus, vita, spes, consilium, & auxilium nostrum. Hec est, quae fuit in utero matris absque originali peccato concepta, & generata; ab omni materiali vitio segregata, & etiam universali peccato purgata, & in cunctis actibus, & motibus suis Spiritus sancti gratiâ plena & foecundata. Cernis, quam disertè doceat, Virginem ab omni peccato originali & actuali expertam? Subtexit

contj.